Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8496
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



excessibus p· lecō·ii·Regū·
In diebus illis Naaman pri
ceps militiae regis syriae erat
vir magnus apud dominum su
um et honoratus· Per illum enim
dedit salutem syriae· Erat au
tem fortis et dives· sed leprosus
porro de syria egressi fuerat
latrunculi· et captivam
duxerunt secum· ista puella
parvulam· quae erat mul
ta sequens uxoris naaman· Et
ait ad dominam suam· Vtinam fuis
set dominus meus ad prophetam qui
est in samaria· profecto curasset
eum a lepra qua habet·
Ingressus est igitur naaman
ad dominum suum· et nunciavit
ei dicens· Sic et sic locuta
est puella de terra israhel·
Dixitque ei rex syriae· Vade et
mittam litteras ad regem israel·
Qui cum profectus esset· et tulisset
secum decem talenta argenti
et sex millia aurei· et decem mu
tatoria vestimentorum· detulit
litteras ad regem israel· in hec ver
ba· Cum accepis epistolam hanc
tuo quod miserim ad te servum
meum· ut cures eum a lepra sua·
Cumque legisset rex israel li
teras· scidit vestimenta sua
et ait· Numquid deus sum ego
ut occidere possim et vivificare·
Quia iste misit ad me·
ut curem hominem a lepra sua·
Considerate et videte· quot occa
siones quaerit adversum me·
Audito autem heliseus· vir
dei audisse regem israel vestimen
ta sua· misit ad eum dicens·
Cur scidisti vestimenta tua·
Veniat ad me· et sciat prophetam
esse in israel· Venit ergo naaman
cum equis et curribus· et stetit ad
ostium domus helisei· Misit
que ad eum heliseus nuntium
suum dicens· Vade et lavare in
iordane septies· et recipiet sa
nitatem caro tua atque mun
daberis· Iratus naaman re
cedebat dicens· Putabam quod
egrederetur ad me· et stans
invocaret nomen dei sui· et
tangeret manu sua locum
lepre et curaret me· Numquid
meliores sunt abana et phar
phar fluvii damasci omnibus
aquis israel· ut lavem in eis·
et munder· Cum ergo vertis
set se et abiret indignatus·
accesserunt ad eum servi sui
et dixerunt ei· Pater· si rem gra
vem dixisset tibi propheta· certe fa